

ILLVSTRI DOMINO
D. JOSEPHO BONET
CAMPODARVE.



Vplici iure , Amplifsime Vir,
Analyfis mea Te Patronum
quærit , à sua enim officiofa
gratitudine impulfa , & à ftu-
diofa nobilitate tua correpta
ad Te confugit. Nondum em-
bryon titillabat in mente, & iam favores Do-
minationis tuæ prælibabat, concitabatur fætus
& partus tandem in lucem editur , vt fi quid
emolumentum Orbis Mathematicus exinde hau-
riat, liberalitati tuæ potius , quam ftudio meo
debitum fateatur. Iure ergo hac devincta obli-
gatione, quod beneficium recipit, obfequium
reddit. Nil minus , quam Solia , & Murices
omni tempore Mathefi fuere patrocini-
um; non vt tam alta protectione ab invidia mu-
niatur, cum fibi præcipuum vendicet assertas
veritates ratione potius , quam authoritate,
propugnare; fed vt in centro quiefcat, & pro-
pria explendefcat fede, cum nihil magis Prin-
cipibus, & Magnatibus hoc ftudij genere ana-
logicum videatur. Iure igitur hoc attracta
magnete sub auspicijs tuis Analyfis mea , &
¶ 2 quief-

